

Naboth

~~Lavovira ritornare~~

~~il libro~~

~~A35~~

63955

sc. 266 12

1779

1697879
PAR 1241197

NABOTH

DA ESEGUIRSI

IN PRIVATA ACCADEMIA

IN PADOVA

Nella Quaresima dell' Anno 1779.

MODOS FECIT

D. BONAVENTURA FURLANETTO

Musices Magister, Chorique Moderator.



VENETIIS, MDCCLXXIX.

TYPIS DOMINICI BATTIFOCO
SUPERIORUM PERMISSU.

INTERLOCUTORES

CHORI PRIMI.

Achab Rex Israel. *D. Helena.*
 Jezabel ejus Uxor. *D. Marcella.*
 Elias Propheta. *D. Ignatia.*
 Elcane Uxor Naboth. *D. Gregoria.*
 Naboth Iesrahelita. *D. Pasqua.*

INTERLOCUTORES

CHORI SECUNDI.

Hiel. Idolatra ex ami-
 cis Jezabel. *D. Marina.*
 Abdia Dux Achab *D. Elisabeth.*
 Labanus Pastor. *D. Soprana.*

Chorus Pastorum lugentium mortem Na-
 both.

Chorus Gentium Israel.

TYPIS DOMINICI BATTIACO

SCUTERIORUM PERMISSU.

50. 266/2

PARS PRIMA.

ACHAB, ABDIA, inde JEZABEL.

ACH. IN faciem Regis sui pastor abjectus
 Temere sic effatur?

AB. Rex excelsæ,
 Mali quid egit Pastor, si recusat
 Vineam suam venundare, quando vetat (a)
 Hoc sacra, angusta lex æterni Dei?

ACH. Quid ais? ergo ne tantam
 Audaciam sustinebo?

JEZ. Quiesce, o Sponse;
 Vineam tu possidebis: tuque Abdia
 Statim recede.

AB. Jussui tuo parebo.
 Oh quam inopportune accessit ipsa!
 Quid eveniet ignoro. Ah Rex infelix!
 Si verbis Sponsæ tuæ tu prebes aures.
 Vado, sed pes repugnat hinc abire,
 Ah possem verba sua saltem audire!

Vado, sed agitata
 A cæco reo pavore
 Anima mea turbata
 Trepidat sine spe.

JEZ. Supplex Rex Israel petit a Pastore
 Vineam, quam audax pastor Regi negat?
 Siccine Regis vim modo tu ignoras?

A 2

EQ

(a) Levit. c. 25. v. 23.

Est imperanti jus sola voluntas,
Non preces. Eja quiesce
Vinea dabitur tibi: egomet ipsa (a)
Perficiam opus hoc.

ACH. Lex vero Moyſis

JEZ. Quæ lex? ſi numen noſtrum (b)
Eſt tantum Baal non ultra
Aulam repete, quieſce in me, confide:
Injurias Regis Sponſi vindicabo,
Timido cordi tuo pacem donabo!

Ad ſinum mei dilecti
Redi pax alma, & cara:
Et tu de pœna amara
Surge mi Sponſe, & Rex.

HIEL, & JEZABEL.

HIEL. Regina?

JEZ. Ad me opportune tu appropinquas
Quale nuntium, Hiel?

HIEL. Amor, quem ego

Juravi noſtro Regi, ad te me miſit.

Ergone a reo paſtore

Rex Iſrael injuriam ſuſtinebit?

Et tu Regina, & Uxor ſua

JEZ. Punietur

Audacia tanta, Hiel. Litteras ſcripſi (c)

Nomine Regis ad majores natu,

Ad optimates Naboth civitatis,

Ipfas

(a) 3. Reg. c. 21. v. 7.

(b) *ibid.* c. 16. v. 31.

(c) 3. Reg. c. 21. v. 8.

Ipfas ac ejus annulo ſignavi, (a)
Quarum ſententia eſt iſta (b): prædicare
Jejunium; inter primos
Sedeat Naboth, & inde (c)
Duos ſubmittite viros, ipſum contra
Falſi teſtes hi ſunt, & ipſi dicant
Naboth, & Deum, & Regem benedixit (d)
Sic erit mortis reus, eum lapidate.

HIEL. Optime tu juffiſti.

JEZ. Sine mora

Ad eum tu perge, mox illi ſit notum,

Optimatum imperio eſſe evulgatum

Jejunium: redeat ipſe

Ad civitatem.

HIEL. Juſſa tua adimplebo.

Si Regem meum non cerno vindicatum,

Andaciter offeſſum a Paſtore,

Moriar necatus rabie, ira, & furore.

Furibunda exagitata

Sicut Ursa in ſylva annosa,

Sic ab ira perturbata

Fremet anima intra me.

ELCANE, NABOTH, & LABANUS.

ELC. AH Sponſe quid egifti! noſtro Regi
Vineam vendere imprudens reſuſtaſti?

Quid eveniet de te?

NAB. Tu quoque ignoras

Qualis ſit noſtri Dei lex adorata?

A 3

Lex

(a) *ibid.* v. 9. (b) *ibid.* v. 10.

(c) 3. Reg. cap. 21. v. 10.

(d) *ibid.* v. 10.

Lex de Synai dictata
 Terra quoque in perpetuum non vendetur (a)
 Ait Dominus, quid agere debebam?
 Sequutus sum præcepta Dei viventis.
LAB. Time non tantum Regis,
 Sed Jezabelis iram.
ELC. Te certe morti dabit:
 Injurias Sponsi sui sic vindicabit.
NAB. Ad quid tentatis me? . . . Nabor timebit
 Terreni Regis iram,
 Et contra Regem Cœli hodie peccabit? . . .
 Quæ dementia? . . . quæ fides? . . . qualis amor? . . .
 An ne vos ignoratis
 Quæ æterno Deo debetis?
 Ipsum nonne timetis? . . . Tu cor meum
 Mi Deus agnosce, & vide;
 Tu me confirma in fide . . .
ELC. Si pavesco . . . per te si gemo, & ploro,
 Nihilominus Dei præcepta adoro.
NAB. Si Dei præcepta adoras, quiesce, & tace,
 Poenam sustine in pace . . .
ELC. Parce: sunt fletus mei, fletus amoris.
NAB. Reprime, Sponsa, vim tanti doloris.
 Quid eveniet de me decrevit Deus.
ELC. Oh dies! oh fatum triste! oh dolor reus!
ELC. Pupillæ meæ madentes
 A lacrymis cessate.
 Agnosco, o Sponse amate,
 Quæ sit in Deo tua spes.
NAB. Non ploro, non suspiro,
 Dum sequor adorata

Eter-

(a) Reg. c. 25. v. 23.

ELC. Eterni Dei mandata;
 Nec tremit in me pes.
NAB. Mi Deus, in te confido:
 Tu mihi pacem da.
 Mi Deus, tu cordi fido
 Tu quæso vires da.

a 2.

Sancto Divino amore
 Tu corda nostra inflamma;
 Et sit cœlesti flamma
 Anima accensa in me.



A 4

PARS

8
PARS SECUNDA.

CHORUS.

B Arbara, quid egisti
 Mors impia, mors crudelis?
 Ah perfide! Ah infidelis!
 Ah vere injuste Rex!

ELCANE.

Qualis sit dolor meus
 Dicite sponsæ amantes:
 Venite, & lacrymantes
 Loquimini pro me.

CHORUS.

Oh dies tremenda, & horrida!
 Dies vere angore plena!
 Quis horror! . . . quanta poena! . . .
 Quæ inexorata lex!

ELC. Oh mors, barbara mors, quidnam egisti?
 Sponsum, amorem meum tu sustulisti?
 Felix nunc eris, impie Rex tyranne:
 Nunc vineam possidebis . . . sed quid loquor? . . .
 Cur vivo sine te, sponse dilecte? . . .
 Ah manu mea . . .

LAB. Quid agis? unde dolor
 Te ducit? eja quiesce: Dei Prophetam

Respi-

9
 Respice ad nos venientem.
ELC. Ah vir iuste,
 Opportune accessisti. Ah si pietatem
 Sentis doloris tanti, in tam funesta
 Hora, tu mihi vim, tu auxilium presta.
ELIAS. Doleo dolorem tuum mulier infelix:
 Sed solare, & a Deo plorando spera
 Pacem tanto mærori: est ille vera
 Unica sola pax.

ELC. Vera tu dicis,
 Sed tanto afficior barbaro dolore,
 Quod non vivam.

ELIAS. Ah tace: dextra æterna,
 Quæ neminem relinquit,
 Opem tibi præstabit. Eja quiesce,
 In Deum confide, & lacrymas compesce.

Da pacem cordi afflicto
 Tu dextra generosa:
 Et surgat luminosa
 Per te serena fax.

LAB. Oh memoranda verba!
 Oh Prophetica vox!

ELC. Vere nunc sentio
 In me moveri affectus;
 Vis Divina me rapit, adjutricem
 Dexteram modo agnosco.

LAB. Mulier, certe
 Verba Prophetæ Dei verba fuere:
 Per te fuit illa vox, veluti tuba,
 Quæ pugnæ signa det: milites cito
 Martio sonitu audito,
 Quamvis fessi a labore in campo quiescant,
 Surgunt, ad arma nova vi concurrunt,
 Et denuo fortes hostibus occurrunt.

Mi-

Miles, si in campo armato
Fessus labore quiescis;
Surge de cœca nube.
En resonantis tubæ
Clangor invitat te.

JEZABEL, HIEL, inde ACHAB, & ABDIA.

JEZ. O Pus ecce completum.

Quid tibi Hiel amice
De industria mea videtur!

HIEL. Approbat tota gens quantum egisti.

Sed ecce accedit Rex.

JEZ. Tristitia o Sponse (a)

Sit longe a te: tu Vineam possidebis.

Defecit Pastor reus,

Qui vendundare tibi eam recusavit.

ACH. Sed innocentis mors? . . . sed Israel? . . .

JEZ. Justa

Mors illius judicatur.

Ne quæras ultra.

ACH. Vineam possidendo

Mortuum Naboth videndo . . .

Dum cordis pacem quæro

Palpitat in me cor.

ABD. Tremitus isti

Criminis tui sunt poena: a Cœlo quærit

Ultionem Naboth sanguis a te effusus

Injuste.

HIEL. Sic effatur

Abdia in conspectu Regis?

JEZ. Tuque Sponse

Audaciam sustinebis?

ACH.

(a) Reg. c. 21. v. 15.

ACH. Ah quiescite, flete, longe abite:

Addere malis meis mala nolite.

Quid prodest mihi in Israel imperando

Legem subditis dare,

Si doleo, si suspiro,

Si gemo, si deliro,

Anima mea si languet in dolore,

Oppressa, conturbata, & plena horrore?

Miser gemo suspirando,

Et suspiria mea sunt vana.

Quam infelix vita humana,

Quando desit alma pax!

Per me vani sunt honores,

Sunt divitiæ, imperia, Regna,

Si me premunt mille horrores,

Si me torquet atra fax.

ABD. (Oh Rex infelix, per te doleo, & tremo).

JEZ. Achab es noster Rex? Achab regnabis?

Atque toto Israeli

Tantæ abjectionis tuæ signa tu dabis?

Siccine tu vilescis?

Siccine tu pavefcis

Futura? . . . Ego resisto? . . . non horresco? . . .

Vadam . . . sed audi primum

Sponsæ tuæ verba extrema:

Ego virtutis signa hodie præstabo,

Si ita vilescis tu, pro te regnabo.

In Regio throno aurato

Sedebo generosa:

Et erunt gloriosa

Imperia mea, mea lex.

PARS

PARS TERTIA.

ACHAB, & ELIAS.

ACH. Quid hoc? fugiit Regina? ... amici ... amici ...
Eam sequimini cito, eam detinete.

LIEAS. Sistite, & tremebundi omnes silete:

Horresce, o Rex; nam voces oris mei

Sunt metuenda verba æterni Dei.

Quoniam (Dominus ait) Achab ingratus

Suprema iussa mea violare est ausus

Sanguinem innocentem effundendo,

De tam crimine horrendo poenas luet.

In ipso loco, in quo linxerunt canes (a)

Sanguinem Naboth, furibundi immanes

Lambent sanguinem tuum. Ira divinæ

Ultionis cæde horrenda

Cadet in Domum tuam: uxor, & nati,

Ac nepotes ingrati omnes peribunt

Sub hac dextera mea furore armata.

ACH. Ah tace: o vox tremenda, inexorata! (b)

Qualis mea tristis horror membra quatit? ...

Qualis tremor me invadit? ...

Heu quale ... quale cadit

A cælo super me fulmen tremendum! ...

Ah tu ... tu quid agendum

Vir iuste in tanta rea calamitate

Me doce, & salva me pro tua pietate.

ELIAS. Agnosce crimen tuum, corde contrito, For-

(a) Reg. c. 21. v. 19.

(b) *ibid.* v. 27.

Forſam lacrymis tuis aurem præſtabit
Deus, atque forſan veniam tibi dabit.
ACH. Ne relinquatis me, quaſo venite
Omnes populi ad me, voces audite
Dolentis cordis mei, mecum cantate
Preces, mecum gemendo
Pro me viventi Deo veniam rogate.

ACHAB, & ELIAS.

TU cor humile contritum
Audi, & parce o bone Deus;
Tristis angor dolor meus
Ne ſint hodie ſine ſpe.

C H O R I.

Veniam dona afflicto Regi,
Infelices audi gentes
Trepidantes, metuentes,
Lacrymantes coram te.

Ah cor humile contritum
Ne deſpicias ſine ſpe.

C H O R I.

Gens afflicta veniam rogat,
Salva nos a manu ultrici,
Nihil manet infelici,
Niſi ſola ſpes in te.

ACHAB,

ACHAB, & ELIAS.

a. 2.
Ah cor humile contritum
Ne despicias sine spe.

OMNES CHORI.

Trepidantes audi gentes
Lacrymantes coram te.

ELIAS. Achab Rex Israel quiesce,
Lacrymas tuas compesce.
En vox doloris tui Thronum ascendit
Omnipotentis Dei. Surge, mestitia
Sit longe a te; lætitia
Indue te nova; in me spiritus meus
Renovatur, in me loquitur Dens:
Quoniam vidi humiliatum,
Gementem, desolatum,
Crimina sua fatentem,
Nunc Achab coram me in diebus suis
Malum non amplius mittam: eum amabo,
Ac illi clemens modo veniam dabo.

ACH. Oh Deus . . . oh quale munus tuæ pietatis!
Oh fons æternæ, & veræ bonitatis!

ELIAS. Venite gentes, Populi venite:
Lacrymas Regis vestri audivit Deus.
Modo unusquisque vestram
In canticis, & cytharis psallendo
Det suæ lætitiae signa,
Reddat numini digna
Vota, laudes, honores exultando,
Vive superne Deus læte cantando.

CHO-

CHORI OMNES.

Lætamini Sodales,
Cantate jubilantes:
En Tubæ resonantes
Lætitiae signa dant.

ACH. Qualis de nube rea per me serena
Dulci júbilo plena est orta dies?
Gaudium hoc, tanta pax, & tanta quies
Venit tantum a te, dextra gloriosa,
Dextra omnipotens, dextra generosa.
Vos populi exultate,
Atque veræ lætitiae signa date.
Vos murmurando resonate, o tubæ:
Respondeant lyræ, & organa canora;
Echo Psalteria, & tympana sonora
Faciunt. Iterum dicam: exultate,
Atque veræ lætitiae signa date.

CHORI OMNES.

Lætamini Sodales,
Cantate jubilantes:
En Tubæ resonantes
Lætitiae signa dant.

F I N I S.

63955

CHORUS OMNES.

Exultate omnes,
Cantate jubilate:
En Tabernaculo
Laus signa dant.

ACH. Quelle de nobis res per me fecit?
Quid inde plura si ois dicit?

Quidam hoc, tantum par, & tantum dicit.

Veni tantum a te, dextera gloriola.

Dextera omnipotens, dextera generosa.

Vos populi exultate, vos populi dicitis.

Adque vos laus signa dant.

Vos mirum est quod resonat, o tabe:

Respondent, & organa canent.

Echo pulchra, & tympana sonant.

Facit, hinc dant, exultate, vos in dant.

Adque vos laus signa dant.

CHORUS OMNES.

Exultate omnes,
Cantate jubilate:
En Tabernaculo
Laus signa dant.

F. 1. N. 1. 2.

63955

